

17. 199) Doct. Caspuzi Olaviano. Pax CHRISTI.
Heldtötze.

[=M. 17.
A. 12.
No. 143]

Clarissime Doctor & frater in primis venerande. Oculi paucis quibusdam amicis quos hic habeo intimos. T. H. epistolam planam consilii & severitatis. Arbitramur praescriptam esse quam optimam vix regulam quae mihi non admodum prudenti homini in rebus perplexis fideliter praesceat. & meum anticipem animum tumultuari non sinat. Sane adversus istos qui me scindere Ecclesiam & aggregationem deserere clamitant non mediocriter confirmatus: DEO patri nostro pro tuo tam salutari consilio & officio magnas ut par est gratias ago. Cuiusdam clamosi preces me nuper fraxerunt in Curiam, quod in tabulis lectionum scripsissem me male Swarmerum audire: quam articulum esse. vocati sunt una omnes ministri ecclesiarum huius urbis, in Senatu frequentissimo. duo dixerunt in me vehementissime, quom quidem hoc non fuisset institutum. Nam iussi erant singulatim dicere an stare vellent publica transactionis decreto? Quod ubi utroque pollice approbassent, laudato Senatu qui tale corpus doctrinae Scholis & Ecclesiis proposuisset. Severe monuerunt Magistratum ut maneret ipse conventio, neque Smeret dicitur in Schola seduci miseram juvenutem. Esse se pastores, sibi DEI manu traditas oves & agnos. se pati non posse ut ducius in coetu puerorum talis grassetur lupus qui falsis dogmatibus teneros animos corrumpat perdatque. Senatum frustra prouocare ad augustanam confessionem, apologiam, Lutheri Catechismum &c. quom ipse foueat in Scholis Swinglianum qui haec omnia contemnat, qui et Concessionatores pios pro artolatri habet et se Swarmerum esse palam fatetur. Tandem iussus dicere, paucis negavi me lupum dici posse, qui DEO seruirem in mea vocatione. Conuitia nihil me metarij. eos non tam accusare: quam maledicere. Si quid docuissem in Schola quod non esset scripturis consentaneum, ut legitime procederent, scriberent crimina sine malo astu: modeste me responsurum & candide. Quod ad Doctrinae corpus attinet, prouocavi ad eam libertatem quam nuper mihi frequentiss. Senatus indulsit discessionem molienti. Ante annos 36 me esse baptizatum super articulis Christiana fidei, super doctrinae Prophetarum et Apostolorum, quom neque scripta, neque cogitata esset Confessio, aut Apologia. Hic me velle consistere, ne mihi promissam libertatem minuire, neque humanis scriptis conscientiam meam frustra illaqueare miterentur. Post longa Jurgia (ne sim ineptus his tam prolixè memorandis) rogavi Magistratum ut potius me missum facerent, quam ab eiusmodi imperfunis clamoribus vel mihi vel meis adolescentibus aliquid iugum imponi palerentur. Iussi exire concilio: quom reuocari, urgebant illi clamare ut categoricè sponderem me mansurum apud corpus doctrinae. Magistratus quia iam satis aperte meam sententiam intellexerat, non expectato à me responso, decreuit ut neque ego lectionum tabulas vulgarem posthac nisi prius à Scholarchis excussas, neque adversarij in suis concionibus mihi maledicerent, sed si quid haberent adversum me criminis id scriptis rationibus confirmatum Senatui exhiberent. fecerunt hoc nuper quatuor ministri, proposuerunt in Senatu satis prolixè instructam accusationem. sed quia non temperant sibi à calumnijs, & quia bona pars accusationis Senatum ipsum petere videbatur, ut qui non satis rigide exequeretur conventa, neque tam securus vindex esset recepta doctrina quam fuerat constitutum: coacti sunt suam cramben recouere, et mihi intentam litem in alium diem differre. Nos interea in istam nostram vocationem, et cum amore ac sollicitudine, in luctu & lacrymis transigimus breue tempus nostra commotione. Venerande Domine quantae sunt ubique angustiae? quantum luctus? & lacrymarum? contabescunt multi pii fratres mororibus, ut nihil dicam de his quos trulentia Hispanorum hausit. Saepè repeto memoria quod superioribus literis monueras te rem redituram ut bene patens agi nobiscum si quem nati sumus angulum ubi vel rudimenta quaedam sincera pietatis tuarum possim. Tantae imitum tamque implacabilis hostium furor exarsit. DEVS tamen interea in medio sanctorum coeluum praesidet, atque alibi non obscura praesentia sua signa ostendit, utinam ut Gallis: ita et nostrae genti clementissimè Pater det aliquam respiracionem. Heu mihi Domini quousque deservies? incredibile dufu est quanta sit proluuius sanguinis, busta repleta fuga: permistaque via sepulchris corpora, nec populum latebra capere ferarum. Abscondere o mure, abscondere in vaginam tuam, & sic. Intelligetis ex Dn. Doctore Emanuele quis sit status, qua trepidatio et anxius tumultus, passim in omnibus civitatibus Germaniae inferioris. Ego viri congressu meam animum plarumque delectum, nonnihil crexit. sane pro magno beneficio duco quod hac iter faciens colloquio dignatus sit hominem affluctum & in vistrino tabescentem. Omnipotens pater Dn. nostri Jesu CHRISTI illustrissimum principem vestrum, faustum quoddam Germania situs, vniuersam conseruandis Ecclesijs natum, profugam profligatis fratribus & seronibus nostris, quidosoque principem nutrimum Ecclesia et pueritiam, multiplicet sapientia & consilio ad magni nominis sui amplificationem. Amen. Vale frater Venerande et Doctor clarissime. 14 Cal. Julij. 1.5. 6.8. Brema in Schola

Johannes Mosang.